

INSTITUTIONUM  
CANONICARUM  
LIBRI TRES  
AD USUM SEMINARII NEAP.  
AUCTORE  
JULIO LAURENTIO SELVAGIO  
PRESBYTERO NEAP.

In eodem Seminario  
JURIS UTRIUSQUE LECTORE.

*Editio prima Patavina, omni diligentia  
& cura emendata.*

TOMUS I. LIBER I.



PATAVII, MDCCLXXIII.

Ex Typographia Seminarii.

Apud Jo: Manfrè.

SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.




# P R Æ F A T I O .



**M** Irari vel in ipso vestibulo sub-  
it , qua de causa veteribus ,  
recentioribusque Canonicis Ju-  
ris Institutionibus sane mul-  
tis , ac politioribus quidem ,  
novam hanc nostrarum accessionem non  
sine adolescentium studiosorum incommo-  
do , atque etiam fastidio meditemur .

Verum alia nobis mens , consilium a-  
liud : non enim quidquid in rem Cano-  
nicam undecunque derivari potest ( quod  
quidem doctissimi quique non sine sum-  
ma laude præstitere ) huc congerere cogi-  
tavimus ; sed ecclesiasticis tantum ado-  
lescentibus id Canonici Juris solum pro-  
ponere , quo & eorum mens potioribus  
principiis informaretur , & animus sanio-  
ribus regulis , quantum ad eorum munia  
fatis est , imbueretur . Quod quidem ali-  
ter effici non posse credidimus , nisi Ca-  
nonum & Historiam , & ΣΥΝΤΑΞΙΝ ΝΕ-



D E

# JURIS CANONICI ORTU, ET INCREMENTO.

---

*DIATRIBA ISAGOGICA.*

I.  Uemadmodum fluminis cujus-  
cunque inundantes aquas lon-  
go in cursu dirigere, & ad  
libellam componere iis tan-  
tummodo datum est, qui fon-  
tes, occultasque scatebras, unde in flumen  
rivulus excrefcit, liquido pernoscunt; ita  
prorsus rectam Juris Canonici intelligentiam  
habere, ejusque callere auctoritatem is tan-  
tum poterit, qui partes omnes, quibus idem  
jus constat, & tempora, quibus eadem par-  
tes vel in unum coaluerunt, vel nova in  
dies sumserunt incrementa, vel quandam  
quasi rubiginem contraxerunt, vel denique  
ad pristinum pervenere nitorem, oculis ve-

Tom. I.

A

luti